Ad Vesperas, Feria Sexta Paschae, die 10 Aprilis 2026.
Totum duplex.

Modus Inchoandi Vesperas s.1

Super Ps. Ant.VIII toni. s.189 ( Angelus autem Domini)

Psalmi s.187-188

Ant. II toni. s.189 (Haec dies)

Ad Magnif. Ant. VIII toni. s.196 (Data est mihi)

Canticum BMV Magnif. s.30-31 (Octavi toni prima differentia)

Oratio s.197 (Omnipotens sempiterne Deus)

Ant. II toni. s.190-191 (Christus resurgens)

Versiculum s.191 (Dicite in nationibus)

Oratio s.192 (Deus, qui pro nobis)

Ant. V toni. s.192 (Regina caeli)

Versiculum s.192 (Ora pro nobis)

Oratio s.193 (Gratiam tuam)

Preces s.53

Modus Cantandi Benedicamus s.193

Salve Regina (wraz z : Alleluia) - dodatek

# MODUS INCHOANDI VESPERAS.

Dicto Pater noster. secreto, sic inchoentur Vesperæ :




Sic inchoentur Vesperæ tam festis quam profestis diebus, nisi aliter suis locis sit signatum.




Prædicta Antiphona et prædicti tres Psalmi dicantur quotidie ad Vesperas, usque ad sequens Sabbatum exclusive.

Non dicatur Capitulum, neque Hymnus, neque ℣., sed finita post Psalmos Antiphona Angelus., incipiatur a duobus, Choro prosequente

Ant. ij. toni.




Et sic dicatur quotidie Ant. Hæc dies. usque ad Sabbatum exclusive; ita tamen quod in hac tantum die et in duobus sequentibus incipiatur a duobus, in ceteris vero ab uno.

Ad Magnif. Ant. iij. toni.



# IN DIE SANCTO PASCHÆ.

TOTUM DUPLEX.

℣ Hodie ac ceteris diebus per Hebdom. Paschæ et in die Octava, ad Vesp. ardeat Cereus Paschalis.

Pater noster secreto., Deus in adjutórium., Glória Patri., Sicut erat., Allelúia.

Super Ps. Ant. viij. toni.



ANGELUS. Ps. 109. Dixit Dó-



minus Dómino me-o : * Sede a dextris me- is :

Donec ponam inimícos tuos, * scabéllum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emíttet Dóminus ex Sion : * domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ in splendóribus sanctórum : * ex útero ante lucíferum génui te.

Jurávit Dóminus, et non pœnitébit eum : * Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órdinem Melchísedech.

Dóminus a dextris tuis, * confrégit in die iræ suæ reges.

Judicábit in natiónibus, implébit ruínas : * conquassábit cápita in terra multórum.

De torrénte in via bibet : * proptérea exaltábit caput.

Psalmus 110.

CONFITEBOR tibi Dómine in toto corde meo : *

in consílio justórum, et congregatióne.

Magna ópera Dómini : * exquisíta in omnes voluntátes ejus.

Conféssio et magnificéntia opus ejus : * et justítia ejus manet in sæculum sæculi.

Memóriam fecit mirabílium suórum, † miséricors et miserátor Dóminus : * escam dedit timéntibus se.

Memor erit in sæculum testaménti sui : * virtútem óperum suórum annuntiábit pópulo suo :

Ut det illis hereditátem géntium : * ópera mánuum ejus véritas, et judícium.

Fidélia ómnia mandáta ejus : † confirmáta in sæculum sæculi, * facta in veritáte et æquitáte.

Redemptiónem misit pópulo suo : * mandávit in ætérnum testaméntum suum.

Sanctum, et terríbile nomen ejus : * inítium sapiéntiæ timor Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum : * laudátio ejus manet in sæculum sæculi.

Psalmus III.

Beatus vir, qui timet Dóminum : * in mandátis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus : * generátio rectórum benedicétur.

Glória, et divítiæ in domo ejus : * et justítia ejus manet in sæculum sæculi.

Exórtum est in ténebris lumen rectis : * miséricors, et miserátor, et justus.

Jucúndus homo qui miserétur et cómmodat, † dispónet sermónes suos in judício : * quia in ætérnum non commovébitur.

In memória ætérna erit justus : * ab auditióne mala non timébit.

Parátum cor ejus speráre in Dómino, † confirmátum est cor ejus : * non commovébitur donec despíciat inimícos suos.

Dispérsit, dedit paupéribus : † justítia ejus manet in sæculum sæculi, * cornu ejus exaltábitur in glória.

Peccátor vidébit, et irascétur, † déntibus suis fremet et tabéscet : * desidérium peccatórum períbit.




℣ Prædicta Antiphona et prædicti tres Psalmi dicantur quotidie ad Vesperas, usque ad sequens Sabbatum exclusive.

Non dicatur Capitulum, neque Hymnus, neque ℣., sed finita post Psalmos Antiphona Angelus., incipiatur a duobus, Choro prosequente

Ant. ij. toni.




℣ Et sic dicatur quotidie Ant. Hæc dies. usque ad Sabbatum exclusive; ita tamen quod in hac tantum die et in duobus sequentibus incipiatur a duobus, in ceteris vero ab uno.

Ad Magnif. Ant. iij. toni.



fiat in Vesperis usque ad Sabbatum exclusive. Memoria vero de beata Virgine non fiat.

## FERIA QUINTA PASCHÆ.

Ad Magnif. Ant. vij. toni.




Oratio.

DEUS, qui diversitátem géntium in confessióne tui nóminis adunásti : da ut renátis fonte baptísmatis una sit fides méntium ⁊ et píetas actiónum : Per.

## FERIA SEXTA PASCHÆ.

Ad Magnif. Ant. viij. toni.



Octavi toni prima differentia.




supérbos mente cordis su- i. 7. Deposú-it poténtes
de sede, * et exaltávit húmi-les. 8. Esuri-entes
implévit bonis : * et dí-vi-tes dimí-sit inánes.
9. Suscepit Isra-el pú-erum su-um, * re-cordá-tus
misericórdi-æ su-æ. 10. Sicut locútus est ad patres
nostros, * Abraham, et sémi-ni e-jus in sæcu-la.
11. Glori-a Patri, et Fí-li-o, * et Spi-rí-tu-i sancto :
12. Sicut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, *
et in sæcu-la sæcu-lórum. Amen.

## Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, qui Paschále sacraméntum in reconciliatiónis humánæ fœdere contulísti : da méntibus nostris ut quod professióne celebrámus † imitémur efféctu : Per.

## SABBATO IN ALBIS.

Super Ps. Ant. vj. toni.



Allelu-ia. Ps. 143. Benedíctus Dóminus



De-us me-us, qui docet manus me-as ad prœli-um, * et



dígi-tos me-os ad bellum., etc., pag. 71. Ps. 144. Exal-



tábo te De-us me-us rex : * et benedícam nómini tu-o



in sæculum, et in sæculum sæcu-li., etc., pag. 72.



Ps. 145. Lauda ánima me-a Dóminum, † laudábo Dómi-



num in vi-ta me- a : * psallam De- o me- o quámdi- u



lá-pi-dem : erat quippe magnus valde, alle- lú-ia.



Cant. Magní-ficat. e u ó u a e.

Oratio.

DEUS, qui hodiérna die per Unigénitum tuum æternitátis nobis áditum, devícta morte, reserásti : vota nostra, quæ præveniéndo aspíras ℣ étiam adjuvándo proséquere : Per eúmdem Dóminum nostrum.

℣ Hac die et duobus sequentibus, dum Oratio dicitur, Thuriferarius in Sacristiam vadens, deposito thuribulo, Crucem a Sacrista præparatam accipiat, et in Chorum ante gradus Presbyterii veniat. Dicta Oratione et responso Amen., Cantores immediate incipiant Antiphonam Christus resúrgens., et Conventu eam prosequente, egrediatur Processio de Choro in Ecclesiam laicorum hoc ordine : Primo procedant Ceroferarii, et in medio eorum Cruciferarius, qui omnes sint in albis; postea Conventus, junioribus præcedentibus; ultimo Prior cum Libello Processionali.

Cum autem Ministri prædicti exierint, Cruciferarius collocet se inter utrumque Chorum in medio a parte inferiorum, et juxta eum Ceroferarii hinc et inde, stantes versis vultibus ad Altare, et vultu Crucifixi ad Conventum. Ceteri vero Fratres ordinent se sicut in Choro. Ultimo stet Prior inter utrumque Chorum.

Ant. ij. toni.



CHRISTUS re-súrgens ex mór- tu- is jam




Finita post Versum Dicant nunc. resumptione Quod enim., qui dicunt Versiculos, eo modo quo ad Memorias Versiculi dici solent dicant :

℣. Dícite in natiónibus, allelúia ☧ ℟. Quia Dóminus regnávit a ligno, allelúia ☧

Et Prior subjungat : Orémus.

DEUS, qui pro nobis Fílium tuum Crucis patíbulum subíre voluísti, ut inimíci a nobis expélleres potestátem * concéde nobis fámulis tuis, ut resurrectiónis grátiam consequámur : Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

Et responso Amen., Cantores incipiant Antiphonam Regína cæli., et Fratres, ipsam prosequendo, revertantur in Chorum eo ordine quo venerunt. Et Ministris ordinantibus se ante gradus Presbyterii modo prædicto, Prior stet ad pulpitum in quo prima Oratio dicta fuit.




Qui dicunt Versiculos, eo modo quo supra dicant :

℣. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix, allelúia. * ℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi, allelúia *

Et Prior subjungat : Orémus.

GRATIAM tuam, quæsumus Dómine, méntibus nostris infúnde : ut qui, Angelo nuntiánte, Christi Fílii tui incarnatiónem cognóvimus † per passiónem ejus et crucem, ad resurrectiónis glóriam perducámur : Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum † Qui tecum.

Qua Oratione finita, et subjuncto Dóminus vobíscum., dicatur ab illis qui dicunt Versiculos :



BENEDICAMUS Dómino, alle-lú-ia, alle- lú-ia.



℟. DE-O grá-ti-as, alle-lú-ia, alle- lú-ia.

Fidélium ánimæ., Pater noster., Salve Regína., Pie Pater., cum ℣℣. et Orationibus dici solitis (pag. 36.), nisi sequatur immediate Completorium.

❧ Et hoc modo his tribus diebus Vesperæ terminentur. Qui vero extra chorum sunt omnia dicant quæ a Conventu cantantur.

Cantata post Magn. Antiphona, sequuntur Preces, in eadem voce dicendæ cum Oratione quæ postea dicenda est, Cantore incipiente et Conventu prosequente :



Kyri-e eléison. Christe eléison. Kyri-e eléison.

Pater noster. secreto. Deinde dicatur ab Hebdomadario :



Et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. ℟. Sed líbe-ra



nos a ma-lo.

(Septem proximis diebus ante Vig. Nat. Domini, et Tempore Paschali, non dic. Kyrie eléison., neque Pater noster.)

Responso Sed líbera nos a malo., vel (si Preces omissæ fuerint) finita Ant., dicat Hebdomadarius :



Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tu-o. Orémus.

Seq. Oratio.

Finita Oratione, seu finitis Orationibus (si plures dicendæ fuerint), additoque ab Hebdomadario Dóminus vobíscum., ut supra, cantetur Benedicámus Dómino. tono feriali pro tempore; et responso Deo grátias., terminentur Vesperæ, sicuti pag. 36. notatum est.

Et Prior subjungat : Orémus.

GRATIAM tuam, quæsumus Dómine, méntibus nostris infúnde : ut qui, Angelo nuntiánte, Christi Fílii tui incarnatiónem cognóvimus ☩ per passiónem ejus et crucem, ad resurrectiónis glóriam perducámur : Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum ☩ Qui tecum.

Qua Oratione finita, et subjuncto Dóminus vobíscum., dicatur ab illis qui dicunt Versiculos :




Fidélium ánimæ., Pater noster., Salve Regína., Pie Pater., cum ℣℣. et Orationibus dici solitis (pag. 36.), nisi sequatur immediate Completorium.

☙ Et hoc modo his tribus diebus Vesperæ terminentur. Qui vero extra chorum sunt omnia dicant quæ a Conventu cantantur.


Ant. toni j.
SALVE Re- gí- na, Ma-ter mi-se-ri-cór-
di- æ: Vi- ta, dul- cé- do et spes nostra,
sal- ve. Ad te clamá-mus éxsu-les fi-li- i E- væ.
Ad te suspi-rá- mus, geméntes, et flen-tes in hac
lacrimá-rum val- le. E- ia ergo advocá- ta nostra,
illos tu- os mi-se-ri- cór- des ócu-los
ad nos con-vér- te; Et Jesum, bene-di- ctum fru-
ctum ventris tu- i, no-bis post hoc exí- li- um
o- sténde. O cle- mens, O pi- a, O




K. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta.
R. Da mihi virtútem contra hostes tuos.
*T.P. additur Allelúia.*
K. Orémus.

***Oratio***

Concéde nos fámoulos tuos, quæsumus, Dómine Deus, perpétua mentis et córporis salúte gaudére: et gloriósa beátæ Mariæ semper Virginis intercessióne a præsénti liberáre tristítia, et ætérna pérfrui létítia. Per Xpistum Dóminum nostrum.

K. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.
R. Amen.

FUNDACJA SCHOLA GREGORIANA GEDANENSIS
pod patronatem św. Mikołaja z Miry
http://choral.gda.pl/